

1781.

1. Abel, Jacobus: De extrajustis et alii remediis restitu-
tiones in integrum in supremo Consilio Imperialis
justis introductione, per conclusionem vni fabri et
nonnunca de 6. Maii 1768. generatione nos subhata,
nique ad eam languam informi regiendis.
2. Falzert, Christian Hartmanni Familia, Dr. iur. ex decimo:
Trans. Christianus Borck ... summo ... in utraque
jure honores ... significat: De jure nobilitatis
mediatorum subversibus in servitium militare
alii succentri dominis pauca praefatus.
3. Koepfer, Lutonius Julius Ritter: Extra iuris
in ius publicum Romanum antiquum paulo pleno
et specimen. Programma, quo ... vollende
inauguratio ... Lecki Abel et Jo. Josephus Bene-
Mariae Loskamp ... fuit.

1782.

4. Koch, Dr. Christophorus: De concurre hypatice
ac specialis et generalis.

5. Linde, Joannes: De compensacione in concurre
orditorum.

6. Musaeus, Joannes Thiel Henricus: ad auctoritatem
orationem de temporis nostri countis ad vocato
ludendo e republica . . . inquit preuenida No.
quintione: quia atenus ad finia fructus feudali
a vasallo importe jure dicatulari communis
almodialis esse conveantur?

7. Sicherer, Carolus Philippus: De assignationibus

8. Trunk, Joannes Jacobus: Invenitio I. R. T. pri-
cipium Electorum et I. R. S. cardinalium inter
se collata, et ad iuris regales exacta

9. Trunk, Joannes Jacobus: Meditatio seu lectio cursorie
de imperio principis in rubis ecclesiasticis scripti.

marcus 29. mrt.

gt. 1783.

1. Haubler, Garlich : De vera iudice et natura anti-
christos.

2. Koch, Dr. Christopher : De amio Hansei Heros et Garlich
Flunker . . . solemnissima inauguratio indicat. : De
probatione pro exoneranda conscientia de fato Ro-
mans ignota pauca praefat.

3. Koch, Dr. Christopherus : De herode bellicante

4. Rude, marcus Fridericus : De formato principis
de castoreo recusabili

5. Schick, marcus Wilhelmus : De retracta equestri
contra manus mortales non prescriptis.

6. Schmauder, Andreas Triplex : De jure successione
feminarum in feodo a feminis aquisito.

1784.

1. Beckhold, Georgius Gottliemus Lectorius: *De
derestatis actione conditionalis.*

2. Koch, Fr. Christoph: *De ordine legum in paucitate*

1785

Koch, Fr. Christoph: *De initio terminis probatorii*

1786.

Winkel, Joannes Baptista Bernardus: *De pignore usu-
capho*

1790.

Sundheim, Carolus Gottliemus: *De effectu divorce
quoad bona inter conjuges communia.*

1791.

Ramm, Fredericus Theophilus: *De concordia hypothese
generalis priores et posteriores in rebus post absque
adquisitis.*

1792. Trap, Heberus Bernhardus: *De valore et efficacia pauci-
tum emolumentorum familiarium illustrium et nobilium intitute
certi praeceptu crestoris.*

1781, 1 8

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
EXTRAIVDICIALI REMEDII 1
RESTITVTIONIS IN INTEGRVM
IN SVPREMO CAMERAE IMPERIALIS IVDICIO
INTRODVCTIONE, PER CONCLVSVM VISITATIONIS
NOVISSIMAE DE VI. MAII MDCCCLXVIII.
GENERATIM NON SVBLATA, NEQVE ADEO TANQVAM
INFORMI REIICIENDA

QVAM
AVCTORITATE
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
IN ALMA LVDOVICIANA 2
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CONSEQVENDI
DIE XIV. APRILIS CCCCCCLXXXI.
IN AUDITORIO IVRIDICO
SOLENNITER PROPVGNABIT
AVCTOR
IACOBVS ABEL,
WETZLARIENSIS.

G I E S S A E
TYPIS IO. IACOB. BRAVN, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IN VAGABUNDIS IARIBICO
DE
EXTRAVAGANCIA REMEDII
RESITATIOMIS IN INTEGRUM
IN SUPPLYMO CAVARE IMPERIALIS INDICIO
INTRODUCTIOMIS PER CONCISSAM VERSITATIONIS
NOVISSIMAE DE AE. MAM. MDCXIX.
GENITALIA NON SPERATA, NOVAE ADO TANquam
INFORIUM REINCENDIA

GRAT
ACUTORITATE
MISTRII TRACONIATIORVM ORDINIS
IN ALIA TACONIATIVA
PER LICENTIA
SUMMA IN AUTOCHE TATE HONORES
CONSTITUENDI
die XIX APRILIS CCCCCLXXXX
IN AUDITORIO IARIBICO
soe
KOTOK
IAPORVS APPLI
RESTITUTUS

GRAT
TURIS IO. IACOB. HIRZL. ADO
G. K. S. Z. E.



nam non possit enim iudiciorum obsequiose ob mut
sib seintelligi nisi estis omnis obsequiose ob mis
eris si xom circulorum rumpere spacio. omnino exhibitu
re. quibus omni obsequiose ob

PRAEFATIO.

Argumenti, de quo verba facere constitui, ut
litas ususque practicus viris quidem in iu
risprudentia Camerali versatis vel me non
monente patebit. Neque his, sed reliquis, queis vel
nulla vel perfunctoria saltem rerum Cameralium no
titia est, instituti ratio paucis reddenda erit. Sciant
itaque, non agi forte de quaestione, quae meram iu
ris formularii subtilitatem redoleat, agi potius de re
quam maximi momenti, cuius usus in praxi & fre
quentissimus & praefantissimus esse potest. E re
quippe partis restitutionem implorantis vel maximè
est, gaudere suspensiō, qui huic remedio ex legibus
imperii competit, effectu. A sola declaratione de in
troducenda restitutione ad protocollum iudiciale facta
frustra hunc effectum exspectaueris. Pone itaque ca
sum, quem non ita pridem in facto extitisse scio,

PRAEFATIO.

supremum Camerae iudicium inattenta eiusmodi declaratione ferre paritoriam, & demum ipsum mandatum de exequendo decernere. Pone casum, hoc mandatum de exequendo ultimo ante ferias instantes die iuridico emanare, eoque oxyus insinuato mox ad realem executionem properari. Quid nunc consilii? Si introductionis extrajudicialis copia est, salua res erit. Supremum namque iudicium in ipsis etiam feriis extrajudicialium curam habet. Extrajudicialiter implorantem proinde documentum introductae restitutionis vel pro re nata inhibitio aduersus imminentis executionis periculum tuebitur. Quid vero tum, si restitutio necessario iudicialiter introducenda esset? Actum sane foret de effectu suspensi. Usque dum enim finitis feriis aditus ad iudicium referetur, de executione interim in maximum sui praeiudicium consummata frustra conqueretur miser implorans. Tanti scilicet interest, argumentum, quod meditor, exactius discuti.

CON.
A.

CONSPECtVS.

Ex iugis Camerae de 1282. & 14. M. 15. ex
Cap. I. Generalia de remedio restitutionis integrum. §. 1 - 10.

Agitur de restitutione aduersus sententias Cameraleas definitiuas.
§. 1. Eius notio. §. 2. Origo remedii restitutionis in
integrum, quatenus aduersus sententias definitiuas compe-
tit. §. 3. Eius memoria in antiquis rei iudicariae im-
perii monumentis. §. 4. Opinio eorum, qui sub auspi-
ciis Camerae nulla aduersus sententias Cameraleas iuris re-
media agnoscunt. §. 5. Eorum fundamentum, O. C. de
1495. §. 25. genuino suo intellectui restituitur. §. 6.
O. C. de 1495. remedia iuris aduersus sententias Camera-
les nullatenus damnat; §. 7. Potius legitimum eorum
vnum probat. §. 8. Exempla restitutionum supremo Ca-
merae iudicio coaeua adducuntur. §. 9. Concluditur,
hoc remedium iam a primis temporebus in Camera vsta-
tum, per recess. Visit. de 1533. & subsequuta decreta ge-
neralia quoad formam duntaxat modificatum fuisse. §. 10.

Cap. II. De eo, quod circa introductionem huius remedii an-
te decretum commune de 17. Jul. 1760. & subsequutum
6. Maii 1768. Visitationis nouissimae Conclusum iustum
fuit. §. 11 - 18.

Differentia processus iudicialis & extrajudicialis. §. 11. Opi-
nio L. B. de CRAMER, de obligatione restitutionem in re-
gula iudiciliter introducendi. §. 12. Eius rationes. §. 13.
Pro legalitate introductionis extrajudicialis rationes in con-
trarium adducuntur 1) ex primaeno petendae decernendae-
que restitutionis modo. §. 14. 2) Ex mente Legum §. 15.
A 3 3) Ex

CONSPPECTVS

3) Ex dubiis Cameralibus de 1595. §. 16. Ad rationes
L. B. de CRAMER respondetur. §. 17. In praxi promi-
scuum iudicialis & extrajudicialis introductionis usum ob-
tinuisse deducitur. §. 18.

*Cap. III. De eo, quod circa introductionem huius remedii post
Conclusum Visit. nouiss. de 6. Maii 1768. iustum est. §.
19 - 29.*

Monitum Aff. de LVDOLF, vt extrajudicialis restitutionis intro-
ductio in vim legis praescriberetur. §. 19. Id quod per
decretem commune de 17. Iul. 1760., in eo tamen casu
solummodo, introductum fuit, vbi post interpositam reui-
sionem ad remedium restitutionis conuolaretur. §. 20. Ex-
tra hunc casum itaque promiscuus iudicialis vel extrajudi-
cialis introductionis usus libero partium arbitrio relictus
fuit. §. 21. Decretum illud commune per Conclusum
Visit. Nou. de 6. Maii 1768, reprobatum fuit. §. 22. Ex
quo tandem L. B. de CRAMER legem generalem intro-
ductionis extrajudicialis prohibituam infert. §. 23. Id
quod tamen neque cum regulis hermeneutices, §. 24. Ne-
que cum verbis conclusi, §. 25. Neque cum posteriori-
bus Indicis Cameralis de emendando restitutionis processu
monitis Visitationi exhibitis conuenit. §. 26. Hinc pro
libertate iudicialis vel extrajudicialis introductionis etiam-
num salua concluditur. §. 27. Quae per praeiudicium a
L. B. de CRAMER allegatum tantum abest, vt conuellatur;
§. 28. Ut potius alio eoque nouissimo exemplo firme-
tur. §. 29.

CAPVT I.



CAPVT I.

GENERALIA DE REMEDIO RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

§. I.

Agitur de restitutione aduersus sententias Camerale s definitivas.

Varias esse restitutionis in integrum species, nemmo iurium peritus rerumque forensium tri-
tura vel obiter tinctus ignorauerit. Missis
caeteris, quas singulas singillatim perlustrare
instituti ratio non fert, de ea duntaxat sermo mihi
est, quae aduersus definitivas supremi Camerae im-
perialis iudicij sententias competit.

§. II.

Eius notio.

Puto remedium illud iuris ordinarium, vi cuius
pars per sententiam Cameralem grauata ex nouis in
facto



facto iisque relevantibus, quae antea vel ignorauit, vel minus ad rem facientia creditit, argumentis, caussam in eum, in quo ante latam sententiam fuit, statum reduci petit (a).

(a) C. O. C. P. III. Tit. 62.

§. III.

Origo remedii restitutionis in integrum, quatenus aduersus sententias definitivas competit.


Origo huius remedii vtrum domestica an peregrina sit, in utramque partem disputatur. Sunt, qui eius natales in iure patro (a), sunt & alii, qui in iure Romano & Canonicu quoerunt (b). Id sane factendum, prolem patriam (c), exuviis iurium peregrinorum ornatam dicam? an deformatam, aegre discernere licere.

(a) SENCKENBERG in Medit. iur. tom. 2. Medit. 8. IO. BERNH. HASE in diff. de restitutione in integr. aduersus sententias supremorum imperii dicaferiorum remedio ordinario. Giesse 1743. Cap. 2. quorundam etiam inclinare videtur vir rerum Germanicarum peritisimus IO. SCHILTER in praxi iur. Rom. Exerc. 11. §. 30.

(b) GEO. WILH. HOFMANN in diff. de legitimo sententias Cameræ imperialis exequendi modo atque fundamento ac effectu suspensiō restitutio in integr. Argentorati 1749. Cap. 2. §. 21. sq. IO. FRID. LANGE in diff. de origine, progressu & postea per LL. imperii facta restrictione remedii restitutio in integrum &c. Cap. I. §. 3.

(c) *Romana* certe dici non potest. Apud hos enim intuitu maiorum perpetuam rerum iudicatarum autoritatem ex instrumentis noniter repertis in regula non conuellendam firmant

L. 35.



L. 35. ff. & 4. Cod. de re iudic. tot. tit. Cod. de errore calculi. L. 1. Cod. si aduersus rem iudic. Nonnisi per exceptionem vel in causis fiscalibus publicisque, vel maioribus, qui seu legationis & reipubl. causa abfuerunt, seu ex falsis testimoniis, seu ex iureiurando aduersarii succubuerunt, beneficium restitutionis in integrum aduersus sententias indulatum fuisse legimus in L. vn. Cod. de sent. adu. sicut latit retract. cit. L. 35. ff. de re iud. L. 1. C. quibus ex causis maiores in integr. restit. L. 33. ff. de re iud. L. 31. de iureiur. sive volunt. sive necess. Acque minus Canonica dici potest restitutio nostra: monasteria siquidem & ecclesiae duntaxat sunt, quibus Canones restitutionem in integrum aduersus sententias largiuntur. tot. tit. X. de in integr. restit. Has iure minorum gaudere constat; adeoque, quod ad fundandum remedium nostrum maioribus quibuscunque competens faciat, nihil exinde deducere licet. Quid itaque restat? Non eam fuisse apud Germanos rerum indicatarum autoritatem, quin post tractum temporis litem decisam ex iusta causa retractare sententiamque rescindere licuerit, obseruauit I. P. a LVDEWIG in diff. de praerog. duc. Wurtzenb. Sezt. 2. C. 3. §. 2. lit. l. ipsisque rerum gestarum monumentis comprobavit GE. LVD. BOEHMER in elegantissima diff. de provocat. iur. Germ. Cap. 2. §. 7. lit. e. Neque quidquam genio nationis nostrae, aequitatis nunquam non studiosissimae, magis conuenit. Sub nomine peregrino latere leuterationem Germanicam ad restitutionis Romanae placita pedetentim inflexam, ex rationibus a SENCKENBERGIO l. c. allatis, nouoque plane insigni documento, quod per illustris & de re imperii iudiciaria meritissimus L. B. de HARPPRECHT in opere immortalitate digno, quod inscripsit Staatsarch. des K. R. C. G. Vol. I. sub N. 30. p. 158. produxit, firmissime mihi persuasum habeo.

B

§. IV.

§. IV.

Eius memoria in antiquis rei iudicariae imperii monumentis.

Memoriam huius remedii diu ante, quam modernum Camerae imperialis iudicium erigeretur, vñitati antiqua rei imperii iudicariae documenta conferuauerunt. Sic exemplum caussae restitutionis iam a. 1448. in antiquo Camerali iudicio discussae protulit perillustris L. B. de HARPPRECHT (a); & in deliberationibus comitalibus punto iustitiae a. 1486. habitis Collegium Principum inter alia monebat:

„Seine Gnade (de imperatore sermo erat) restitui-
„re auch Niemand in integrum, dann aus Ursaf-
„chen in Rechten erlaubt (b).

(a) loc. cit. N. 26. p. 140. sq. Caussas tamen restitutionis in integrum tum temporis a indicis Curiae potestate exceptas & immediato Caesaris iudicio reseruatas fuisse, praeter SENCKENBERGIVM Med. 4. §. 18. modo laudatus perillustris Auctor l. c. §. 171. p. 93. obsernauit.

(b) Staatsarch. Vol. I. §. 130. p. 80.

§. V.

Opinio eorum, qui sub auspiciis Camerae nulla aduersus sententias Camerales iuris remedia agnoscunt.

Sub auspiciis moderni Camerae imperialis iudicii, caue credas, nullum huius remedii vsum fuisse. Multis equidem quondam opinio haesit, ab initio aduersus sententias Camerales nulla iuris remedia compe-

petuisse (a). Quantum ad remedium restitutionis in integrum in specie, ipsa O. C. de 1495. §. 25. *seqq.*

„Das C. G. soll seinen gestrackten Lauf haben, unverhindert eynicher Restitution, Supplication, A-
vocation, oder in ander Wege Aufschleg, die aus ordentlicher Form oder Erkanntnuß des C. G. auf
sunderlich Commission nit erlangt waeren:

si cortici verborum adhaeseris, huic remedio repudium scripsisse videri poterat. Sed post ea, quae perillustris L. B. de HARPPRECHT im Staatarch. Vol. 2. §. 83. p. 83. in primis ad illustrandum hunc textum, in medium protulit, non credo futurum, qui eundem errorem porro erraturus sit.

(a) HOFMANN in cit. diff. & Cap. §. 24. LANGE l. c. §. 4.
GE. LVD. BOEHMER in comment. de remedio syndicatus ad uerius sententias Camerae imperii Cap. 2. §. 3.

§. VI.

Eorum fundamentum, O. C. de 1495. §. 25. genuino suo intellectui restituitur.

Ordines quippe Imperii iam pridem arbitrariam rei iudicariae sub Imperatore Friderico III. rationem aegre tulerant. Potissimum eos frequens caussarum e Curiis imperialibus ad Aulam Caesaream auocatio, cui & praetextus restitutionis in integrum ansam subinde dederat, (§. 4. lit. a.) male habebat. Inde, cum de reformatione iustitiae erigendoque stabili i-

dicio a. 1486. consilia agitarentur, monuerant Prin-
cipes:

„Sr. Gnaden (der Kaiser) fordere keine Sache an
„sich, nehme keine ab: restituire auch Niemand in
„integrum, dann auß Ursachen in Rechten erlaubt.
„(§. 4.)

paullo mitius Electores:

„dem C. G. seinen ziemlichen Lauf, Oberkeit und Ge-
„zwingniß zu lassen.

Vnde factum, vt passus supra §. praec. citatus, proie-
cto Ordinationis de 1487. primum insertus, in ipsam
Ordinationem Cameralem de 1495. postmodum mi-
grauerit. (a).

(a) L. B. de HARPPRECHT l. c.

§. VII.

O. C. de 1495. remedia iuris aduersus sententias Camerales
nullatenus damnat.

Tantum itaque abest, vt ille textus Ordinatio-
nis Cameralis pro fundamento remediorum iuris, in
specie nostri, exclusio allegari queat, vt potius
certo certius sit, actum ibi tantummodo fuisse de
abolendo eo restitutionum genere, quas in caussis a
Iudicibus imperii decisis immediate a Caesare extrahi
moris hucusque fuerat, & vnde iudicio Camerali in
suis functionibus impedimentum timebatur.

§. VIII.

❖❖❖

§. VIII.

Petius legitimum eorum usum probat.

Quin immo, si quid video, idem ipse Ordinationis Cameralis textus sanum legitimumque remediorum iuris aduersus sententias Camerales usum mox in ipsa huius iudicij institutione apprime confirmat. Reprobando nimirum ea solummodo remedia, „die aus ordentlicher Form oder Erkanntnuss des C. G. nit erlangt waeren; nunquid probat illa, quae secundum ordinem iuris & ex cognitione Iudicij Cameralis impretrarentur?

§. IX.

Exempla restitutionum supremo Camerae iudicio coaeua adducuntur.

Neque defunt documenta rerum gestarum, quae usum remedii restitutionis in integrum supremo Camerali iudicio coaeuum extra omne dubium ponunt. Eiusmodi exemplum restitutionis aduersus sententiam Cameralem non deuolutoriam in causa *Walther Ehingers wider Abten zu Ochsenhausen* a. 1499. petitae, decretae, & 5. Maii 1501. iudicialiter reproductae ex Archiuo Camerali adduxit L. B. de HARPPRECHT l. c. p. 549. sub n. 154. Aliud exemplum in causa *Martin von Martin zu Beyßenberg Ctra Erasmen Hutter* petitae a. 1531. sed denegatae restitutionis in integrum. Idem exhibet in Vol. 4. §. 149. p. 104.

B 3

§. X.



§. X.

Concluditur, hoc remedium iam a primis temporibus in Camera visitatum per Rec. Visit. de 1533. Et subsequuta decreta generalia quoad formam duntaxat modificatum fuise.

Errant itaque, qui in Rec. Visit. de a. 1533. §. 5. (a) prima huius remedii, quatenus aduersus sententias Cameraleas competit, stamina quaerunt. Ipsa potius huius recessus verba:

„Nachdem auch in dieser Visitation befunden, daß „die Procuratores restitutionem in integrum wider „erlangte Endurtheil vielfaetig pflegen zu bitten &c.

satis testantur, iam diu ante huic remedio locum fuisse. Neque tamen huic recessui primae legis scriptae gloriam inuidet, quae, quod hactenus sola obseruantia regebatur, remedio nostro, vt in rebus humanis fieri solet, in abusum degeneraturo, certos fines scriperit. Accessere subsequentibus temporibus varia, vt vocant, communia decreta illustr. Collegii Cameralis, alterum de 7. Iul. 1669. alterum de 7. Iul. 1671. per Recess. Visit. de 1713. in legem Imperii adoptata, quis modus petendarum restitutionum arctioribus limitibus circumscriptus fuit. His scilicet cautum est, vt procurator, mandatis specialibus principalis & aduocati causae instructus, ad praestandum iuramentum calumniae tam in implorantis principalis & aduocati, quam suam ipsius animam mox in primo se termino offerat. Sic tandem in eam, quae hodienum obtinet, formam remedium nostrum coaluit.

(a) Nach-

(a) Nachdem auch in dieser Visitation befunden, daß die Procuratores restitutionem wider erlangte Endurtheil vielfaetig pflegen zu bitten, welche zu Verhinderung der Execution und merklichen Schaden der gewinnenden Parthey thut gereichen; sollen Cammerrichter und Besitzer fleißiges Uffsehen haben, und wo sie befinden, daß die Restitution calumniose oder gefaehrlicher Weiß oder aus Ursachen, so vormals im Gerichtshaendel angezogen und deduciret worden waeren, oder sonst aus neuen unrechtmässigen und unerheblichen Ursachen begehrt, solcher gebethener Restitution unangesehen in der Execution vermoeg gemeiner Rechten fortfahren, und die Procuratoren oder die Partheyen, welcher unter ihnen daran schuldig, in die expensas condemniren; wo aber einige Parthey die Restitution aus rechtmaessigen erheblichen Ursachen zu bitten vorhaette, soll daselbige articulatim geschehen, damit sich die Richter vermoeg der Rechten darnach wissen zu halten.

CAPVT II.

DE EO, QVOD CIRCA INTRODVCTIONEM HV-
IVS REMEDII ANTE DECRETVM COMMVNE
DE XVII. IVL. MDCCXL. ET. SVBSEQVVTVM
VI. MAI. MDCCCLXVIII. VISITAT. NOV.
CONCLVSVM IVSTVM FVIT.

§. XI.

Differentia processus iudicialis & extrajudicialis.

Quae in publica audiencia proponuntur, iudicialeiter, quae extra illam, seu in Senatu, seu in Cancellaria, Lectoria, alioue in loco fiunt, extra iudicialeiter fieri



fieri dicuntur. Diuersam hanc procedendi rationem ipsi Iudicio Camerali coaeuam esse, ex antiquis Ordinationibus actisque constat.

§. XII.


Opinio L. B. de CRAMER, de obligatione restitutionem in regula iudicialiter introducendi.

Circa introductionem remedii restitutionis in integrum quid juris? Licetne implorationem extraiudicialiter exhibere, praeuia iudicis cognitione ad iudicium dein remittendam; an vero mox iudicialiter producenda erit? Posterius sustinet L. B. de CRAMER in *Obseru. tom. I. Obs. 250. p. 568.* procuratorem adeo, qui extrajudicialiter implorauerit, puniendum esse contendens.

§. XIII.

Eius rationes.

Rationes suae sententiae *perillustris* *Auctor in Obs. 304. p. 671. sq.* sequentes adducit: 1) de extraiudicali in caussis restitutionis in integrum procedendi modo in Ord. Cam. nihil contineri; 2) ex praescripto decretorum communium de 1669. & 1671. de forma implorationis pro restitutione in integrum esse, tum ut in ipsa mox introductione mandata specialia ad praestandum iuramentum calumniae producantur, tum ut procurator ad dictum iuramentum in suam adeo ipsius animam praestandum se offerat, id quod extraiudicialiter fieri nequeat; 3) caussas semel iudiciales etiam iudi-



iudicialiter prosequendas, & procuratoribus, ne in his extrajudicialiter agant, sub poena interdictum esse.

§. XIV.

Pro legalitate introductionis extrajudicialis rationes in contrarium adducuntur, 1) ex primaeuo petendae decernendaeque restitutionis modo.

Liceat mihi, quid hac de re ego sentiam, modeste, candide tamen, proferre. Mallem pro extrajudiciali restitutionis in integrum introductione verba facere, quam illam iuri Camerali aduersam protinus dicere. Hanc etenim probat primo) antiqua in caussis restitutionum procedendi forma. Sic in antiquo Camerae Imperialis iudicio ad implorationem partis restitui petentis citationem decretam, adeoque implorationem extrajudicialiter exhibitam fuisse, exemplum supra (§. IV.) allegatum testatur. Eundem restitutionis extrajudicialiter petendae, decernendae, & iudicialiter reproducendae moderno Iudicio Camerali primis institutionis suae temporibus solennem fuisse, obseruavit perill. L. B. de HARPPRECHT in Archivio Cam. part. 2. p. 549. alioque exemplo supra (§. IX.) citato confirmavit.

§. XV.

2) *Ex mente legum.*

Secundum pro extrajudiciali introductione argumentum, praestantissimum sane, ex C. O. C. P. III. tit.

❖ ❖ ❖

62. pr. duco. Monentur ibi illustres Iudicij Camerales Senatores :

ein fleißiges Einsehen zu haben, und wo sie gefunden, daß die Restitution calumniose oder gefährlicher Weisse, oder aus Ursachen, so vormals in Gerichtshaendeln angezogen und deduciret worden waeren, oder sonst aus neuen unrechtmässigen unerheblichen Ursachen begehret, solcher gebetener Restitution unangesehen in der Execution vermoegte der Rechte zu verfahren.

Vt in mentem legis studiosius inquiramus, non est. Primo siquidem obtutui illam sifit ingressus legis: Nachdem sich gefunden, daß die Procuratores Restitution wider erlangte Endurtheil wielfaetig zu bitten pflegen, welches zu Verhinderung der Execution und merklichen Schaden der gewinnenden Partheyen gereichert &c. Non alia certe erat, quam prauam intentionem partium deuictazum, in caussis vix non omnibus ad remedium restitutionis in integrum pessimo consilio confugientium, elidere; praecauere, ne remedium iuris alias saluberrimum in arbitrarium remorandae executionis protrahendaeque iustitiae medium abeat. Aut itaque omnia fallunt, aut supra citata legis dispositio celerem, mox in ipsa restitutionis introductione, proinde extra judicialiter instituendam, caussalium cognitionem supremo iudicio commendat. Tolle hanc legis mentem, dic nihil aliud intendisse Legislatores, quam vt, caussa restitu-

stitutionis per longas processus iudicialis ambages protracta, discussa, tandemque denegata per sententiam restitutione, ad executionem procederetur; omnem profecto supra citatae legis dispositioni, de tuenda sententiarum Cameralium aduersus iniquas remoras executione vnicet sollicitae, vim efficaciamque ademeris (a).
 (a) *Visitationen-Schlüsse die Verbesserung des Kayserl. Reichskammergerichtl. Justitzwesens betr. II. Abtheil.* p. 339.


§. XVI.

3) Ex dubiis cameralibus de 1595.

Accedit tertio) pro legitima extrajudicialiter implorandi ratione ex regeſtis Cameralibus antiquis testimonium omni exceptione maius. E numero quippe dubiorum cameralium de 1595. eft & illud (a):

„Wann aduersus interlocutoriam restitutio in integrum zu bitten, ist für gut geachtet, daß es, wann ein Procurator ſonſt ſchon apud acta, (dieweil in ſolchen puncten auch ſchleuniger zu procediren iſt,) ſondere Citation ad videndum ſe restitui nicht von nothen, ſondern ſolche petitiones alsbald iudiciorum summarie oder articulatim vorbracht werden mochten &c. (b).“

Sic de iudiciali introductione cauſis restitutionis in integrum aduersus ſententias interlocutorias priuatue & per modum singularis priuilegii vindicanda supremum iudicium tum temporis laborabat; argumento fane manifesto, extrajudicialem restitutionis in integrum intro-



introductionem vel maxime aduerius sententias definitivas visitatam, ipsique supremo iudicio probatam fuisse.

(a) in appendice Corp. Iur. Cam. WINCKLERIAN. N. II. p. 55. dub. 121.

(b) Per rec. Dep. de 1600. §. 138. monitum hoc Camerale vi legis donatum fuit.

§. XVII.

Ad rationes L. B. de CRAMER respondetur.

Ad rationes, a L. B. de CRAMER in contrarium prolatas (supr. §. 13.), facilis responsio est. Ad Imam largior, expressam introductionis extrajudicialis mentionem in Ord. Cam. non fieri. Sed nunquid aequa parum introductionis iudicialis mentio fit? Ergo & illam e foro proscribendam esse dicas, oportet. Mihi sufficit, illam, si non in verbis, saltem in ratione legum fundari (§. 15.). Ad HIdam ego equidem non video, quid obstet, quo minus implorationi extrajudicali mandata specialia ad iurandum sub oblatione procuratoris de praestando iuramento, ut primum ad iudicium remissus fuerit, apponi queant. Cur, quae in extrajudicali appellationis introductione probatur, oblatio ad iuramentum calumniae in primo termino judiciali praestandum, in caussis restitutionum extrajudicialiter introducendis non aequa valeat? Ad IIIItiam non is ego sum, qui regulae, quae in causis judicialibus extrajudicialiter agere vetat, iniquam vim inferre auferim. Contendo tamen, hanc *ad causas iudiciales etiamnum indecisas* restringendam esse.

Sen-

◆◆◆◆◆

Sententia vero, contra quam pro restitutione in integrum imploratur, priori iudiciali disceptationi finem imposuit. A remedio restitutionis noua instantia, non usque processus orditur. Nullus itaque supra nominatae regulae, quantum ad introductionem huius remedii, locus est. Nunquid etiam, hac non obstante, declaratio sententiae tam iudicialiter quam extrajudicialiter pro lubitu peti darique solet? (a).

(a) TAFINGER in Inst. iurispr. Cam. edit. nou. Sect. 4. Tit. 6. § 997.

§. XVIII.

Iu praxi promiscuum iudicialis & extrajudicialis introductionis usum obtinuisse deducitur.

Ea, quae pro extrajudiciali restitutionis in integrum introductione ex principiis iurisprudentiae Cameralis adduxi, praxis denique confirmat. Promiscuum pro arbitrio partium iudicialis extrajudicialis usus introductionis usum, saltim ante, quam per decretum commune 17. Jul. 1760. publicatum certo modo restringeretur, testantur scriptores rerum Cameralium vix non omnes, adlati eam in rem multis praediis (a).

(a) Nominasse sufficiet BLVMIVM in Proc. Cam. Tit. 78. n. 8. IO. ANDR. GERHARD in disc. de supremis in Imperio Rom. iudicis, Aulico & Camerali &c. Cap. 4. §. 4. p. 65. HASE in diff. supr. cit. Cap. 4. §. 35. p. 44. HOFMANN in cit. diff. Cap. 3. §§. 36. & 37. TAFINGER loc. cit. §. 1011. Sammlung der Vfstd. Schlüsse II. Abtheit. ibique allegatum p. 339. in fine praediudicium.

C 3

CAP. III.

CAPVT III.

DE EXTRAIVDICIALI RESTITVTIONIS IN INTEGRVM INTRODVCTIONE PER CONCLVSVN
VISIT. NOVISS. DE VI. MAII MDCCCLXVIII.
GENERATIM NON SVELATA.

§. XIX.

Monitum Aff. de LVDOLF, vt extraivdicialis restitutionis introducicio in vim legis praescriberetur.

Monuit quondam perillustris supremi huius iudicij Adseffor de LVDOLF in *Obs. for. tom. 1. Obs. 107. p. 289.* ad praescindendas moras decreto generali ut iniungeretur, ne implorationem pro restitutione in integrum liceret producere ad Acta, nisi prius extraivdicialiter exhibitam & per decretum iudicialiter remissam. Cum enim, inquit, quae in *Audientia agantur*, Referentes caussarum non sciant, nisi Acta completa ipsiis extradantur, vel fortuito fieri potest, ut processus restitutionis, conquisitis studiose dilationibus, aliquot annorum tractum habeat, priusquam decidatur. Interim variis casus humani existere possunt, quibus executioni sententiae inferatur mora. Prolata vero imploratione extraivdicialiter, mox congregari poterit Senatus, & memoria Actorum priorum nondum plane abducta, an insit quidquam caussalibus ulteriore deductione dignum, cognoscere. Hoc casu, implorationem ad Acta dimittere, siccus, reiiciendo postulationem inuercundam moratoriis interpellationibus viam preecludere.


§. XX.

§. XX.

*Id quod per decretum commune de 17. Jul. 1760. in eo tamen
casu solummodo, introducendum fuit, ubi post interpositam reui-
sionem ad remedium restitutionis conuolaretur.*

Monitum hocce, quo ad compescendas implora-
tiones friuolas nullum certe salubrius, subsequutis po-
stea temporibus sua se praefstantia illustrissimo Collegio
Camerale eatenus commendauit, vt, si non in genere,
salem in casu speciali in vim legis illud eleuare e're
visum fuerit. Inabusus quippe maximos nouiori
praecipue aetate remedia iuris passim degenerabant.
Vix publicata erat sententia cameralis, ad remedium
reuisitionis protinus pars victa properabat. Hac inter-
posita, punctoque cautionis per longos anfractus anno-
rumque spatia inter partes hinc inde ventilato, nunc
tandem ex sententia supremi iudicis discussio, cum exe-
cutio sententiae imminere videretur, en noua illius
remorandae subterfugia! Iam sub praetextu reperto-
rum nouorum documentorum a reuisione ad reme-
dium restitutionis in integrum profiliabatur. Huic
malo, in sumnum iustitiae detrimentum in dies ingra-
uescenti, occurrentum duxit Supremum Camerae iudi-
cium, lato eam in rem 17ma Jul. 1760. communi, vt
vocant, decreto, quo inter alia cautum:

„Dieweilen auch ferner wahrzunehmen gewesen, daß
„die Partheyen und Procuratores nach interponirter
„und acceptirter Revision, auch dabej mit vieltem Zeit-
„verlust berichtigter Caution, entweder von neuem oder
„gar



„gar zum zweyten und drittenmal Restitutionem in
„integrum zu weiterem Aufenthalt der Execution zu
„suchen sich unterstehen, dergleichen Anmassen aber
„ohnschicklich und Ordnungswidrig, &c. Als wird
„hiermit,

1) „daß in vorberührtem Fall bey Uebergabe der
„Implorationschrift pro restitutione in integrum
„jedesmal auf die vorher interponirte Revision foerm-
lich renuntiaret, auch

2) „solche Imploration extrajudicialiter, um sofort
„das Noethige verfügen zu koennen, eingegeben wer-
„den solle, verordnet &c. &c.

§. XXI.

*Extra hunc casum itaque promiscuus iudicialis vel extrajudi-
cialis introductionis usus libero partium arbitrio reli-
etus fuit.*

Sic, quae hucusque res merae facultatis fuerat,
extrajudicialis remedii restitutionis in integrum intro-
ductio nunc ex decreto illo communi in vim legis
abierat. Hanc legem tamen remedio restitutionis in
genere scriptam fuisse, caue, dicas. Vel ipsa enim
decreti communis verba diserte satis loquuntur, actum
ibi fuisse de unico tantummodo eoque singulari casu,
*vbi in una eademque causa post interpositam acceptata-
mque revisionem, punctumque cautionis discussum, ad reme-
dium restitutionis profiliretur.* Extra hunc casum itaque
in lege expressum cum dispositionem legis exten-

tendere nefas foret; in genere, omnibusque casibus non expressis, promiscuum iudicialis vel extra judicialis introductionis usum, qui antehac obtinuerat (Cap. praec. §. 18.), libero partium arbitrio etiam porro relictum fuisse, iure contendit. Quod enim mutatum non fuit, cur stare prohibetur?

§. XXII.

Decretum illud commune per Conclusum Visit. Nou. de 6. Maii 1768. reprobatum fuit.

Decreta Camerae communia futurae Visitationis cognitioni subesse, non est ut moneam. Inde factum, ut illud, de quo quaeritur, a nouissima Visitatione ad examen reuocatum fuerit; Illustrissimi vero Confessus assensum non tulisse, euentus docuit. Intimatum siquidem fuit supremo Camerae Iudicio 6. Maii 1768. sequens Visitationis Conclusum:

„Dass der von demselben den 17ten Jul. 1760. publicirte gem. Bescheid, in so weit solcher die Renuntiation der Revision, im Fall einer nachsuchenden Restitution in integrum, und dessen außergerichtliche Imploration betrifft, von Visitationswegen nicht genehmigt, sondern aufgehoben und ohnkraeftig erklaert werde. (a).“

(a) Visitationschluſſe die Verbesserung des R. Kammergerichtl. Justizwesens betr. I. Abth. S. 96.

D

§. XXIII.



§. XXIII.

Ex quo tandem L. B. de CRAMER legem generalem introductio-
nis extra judicialis prohibituam insert.

Decretum commune de a. 1760. sic sublatum vi-
 des. Itane eo ipso etiam restitutionis introductionem
 extra judicialis quamcunque in genere sublatam dicam,
 adeo ut nunc ex Conclufo Visitacionis modo citato im-
 plorationem pro restitutione in integrum indistinctim
 judicialiter produci necesse sit? Fateor, quod res
 est. De consequentia tam vaga ex dicto Concluso eli-
 cienda ne cogitassem quidem, nisi eam viro aliquin
 summo L. B. de CRAMER probatam viderem, qui in
 Obseru. iur. tom. 6. P. 1. p. 140. peculiarem obserua-
 tionem 1411. de introductione restitutionis i. i. extraju-
 dicialiter facta unformlich dicenda inscripsit, illamque
 per conclusum Visit. Nouiss. supra relatum e foro
 proscriptam, proinde casu obueniente reiiciendam es-
 se sustinet, citato adeo in rem suam praeciducio in
 causa von Dahlberg modo von Münster C. die Frey-
 herrlich - Dahlbergische Vormundschaft. &c.


§. XXIV.

Id quod tamen neque cum regulis hermeneutices,

Autoritatem viri magni in iure camerale nomi-
 nis veritati rei facile praeciducium facere posse nemo
 dubitauerit, immo iam fecisse experientia edocti no-
 uimus, cum TAFINGERVS, vir caetera doctissimus, in
 noua institutionum iurisprudentiae camerale editione
 Sed.

XXX

Sect. 4. tit. 6. §. 1011. lit. z. p. 856. obseruationem il-
lam bona fide suam quodammodo facere non haesita-
uerit. Sit itaque venia homini, veritatis eruendae
vindicandaeque periculum vtcunque facienti. Legi &
relegi Conclusum Visit. Nou. quin legis vniuersalis in-
troductionis extrajudicialis prohibitiuae vel volam vel
vestigium deprehendere licuerit. Subducamus ratio-
nes paullo exactius, & ad sanas hermeneutices regu-
las rem examinemus. Aut omnia fallunt, aut his
opinio a L. B. de CRAMER venditata e diametro re-
pugnat. Ante commune decretum de a. 1760. libe-
ram partibus restitutionis judicialiter vel extrajudicia-
liter introducendae facultatem ex legibus imperii ae-
que ac obseruantia fori competuisse, in Cap. praec. pro-
batum dedi. Hoc partium arbitrium per decretum
commune camerale de 1760. generatim non sublatum,
sed in casu duntaxat singulari restitutionis post interpo-
sitam iam semel revisionem petenda ad necessitatem in-
troductionis extrajudicialis restrictum fuisse, faluo cae-
teroquin extra hunc casum partium arbitrio, ex iis,
quae supra (§§. 20. & 21.) dicta sunt, non minus
constat. Visitatio itaque nouissima, reprobando decre-
tum illud commune, nunquid in eum statum rem ré-
duxit, in quo ante latum commune decretum fuit?
Sustulit itaque non introductionem extrajudicialem
ipsam, sed necessitatem introductionis extrajudicialis
per decretum commune in vim legis praescriptam;
respexit ad casum particularem eundem, qui quon-
dam



dām decreti communis obiectum fuerat, & vt in hoc
aeque ac in caeteris casibus, per decretum commune
non modificatis, libera denuo restitutio[n]is vel iudicia-
liter vel extra judicialiter, prout ē re partium visum
fuerit, introducendae copia esset, voluit. Tantum
abest, vt inde generalis restitutio[n]um iudicia[re]liter post-
hac introducendarum norma excuspi queat, vt po-
tius, ne in casu quidem particulari per decretum com-
mune antea determinato, restitutio[n]is iudicia[re]liter in-
troducendae obligatio in Concluso Visitationis scripta
sit.

§. XXV.

Neque cum verbis conclusi,

Profecto vel ipsa conclusi verba id fatis innuunt,
decreto[m] commune eaten[us] reprobat[ur], *in so* weit
solcher die Renuntiation der Revision, im Fall einer nach-
fuchenden Restitution in integrum, und dessen außgerge-
richtl. Imploration betrifft; En limites conclusi exakte
definitos! Eosdem fines, quos suo quondam decreto
communi Iudicium Camere, etiam Visitationis Con-
fessus suo concluso praescripsit, neque hos egredi Vi-
sitorum intentio vñquam fuit. Decretum commune
volet, vt in casu revisionis iam interpositae resti-
tutionem imploraturus imo revisioni renunciet, 2do
implorationem pro restitutio[n]e necessario extra judicialiter
exhibeat. Decretum illud eaten[us] reprobare,
quid hoc aliud est, quam dicere: Cesset in casu pro-
posito imo) renunciatio revisionis; cesseret 2do) implo-

riat

rationis extrajudicialiter exhibenda obligatio; proinde partibus, sicut alias, ita & in hoc casu, libera restitutionis vel iudicialiter vel extrajudicialiter petendae facultas plenarie restituta esto.


§. XXVI.

*Neque cum posterioribus Iudicij Cameralis de emendando re-
stitutionis processu monitis Visitationi exhibitis,
conuenit.*

Egregiam modo dictis lucem foenerantur ea, quae post allegatum Conclusum de emendando restitutionis processu adhuc acta fuerunt. Supremum quippe Camerae imperialis iudicium per Conclusum Visitationis de 4ta Iul. e. a. vt, quid sibi circa emendandum restitutionis in integrum processum videtur, proponeret, excitatum (*a*), in monitis suis 20, Ian. sequentis anni illustrissimo Confessui exhibitis inter alia commendauit,

„zu verordnen, daß die Restitutionsgesuche mit einer ander iudicialiter eingelegt würden (*b*).“

Conclusum superius decreti communis de 1760. reformatiorum (§. 22.) tum temporis, cum haec monita exhiberentur, iam extitisse recorderis velim. Itane vero crediderim, illustrissimum Collegium camerale, tanquam medium emendandi restitutionis processus, futurae demum legislationi commendasse introductio- nem iudicalem, quae iam aliunde ex Concluso Visi-



tationis anteriori de 6ta Maii 1768. vim legis obtinuissest? Mihi saltem id nemo persuaserit.

(a) Visitat. Schlüsse, I. Abtheil. p. 95.
 (b) Eben dieselben II. Abth. p. 488.

§. XXVII.

Hinc pro libertate iudicialis vel extra iudicialis introductionis etiamnum salua concluditur.

Concludo potius pro libera iudicialis vel extra iudicialis introductionis facultate, post Conclusum Visitationis de 6ta Maii 1768. etiamnum salua. Et si veritati rei, iam alioquin satis probatae, momenti quidpiam ab autoritate conciliandum sit, testem voco virum, eo ex capite, quod Ipse Confessui Visitationis interfuerit, adeoque habitarum deliberationum copiam habuerit, omni facile exceptione maiorem (a), qui, postquam historiam legislationis conclusi nostri ex protocollo Visitationis studiose congregavit, tandem eam Concluso vim tribuit:

„Wodurch es in der That nunmehr dem Willen der Partheyen übergeben sey, ob sie gerichtlich oder aufgerichtlich mit ihrem Restitutionsgesuch einkommen wollen.“

(a) Est is meritissimus Auctor der Anmerkungen über die Visitationsschlüsse p. 341.

§. XXVIII.

Quae per prae iudicium a L. B. de CRAMER allegatum, tantum abest, ut conuellatur;
 Neque quidquam in contrarium facit prae iudicium

cium in causa von Dahlberg modo von Münster Ctra die Freyherrl. von Dahlbergische Vormundschaft, a L. B. de CRAMER supra (§. 23.) in rem suam citatum. Nolo dicere de iustis praeiudiciorum finibus, aliis dudum obseruata (a). Id tantum moneo, in ea, quam L. B. de CRAMER adduxit, camerali sententia, nihil omnino reperiri, vnde eius opinioni robur accedat. Petita equidem restitutio ibi tanquam *informis* denegatur; sed rationem informitatis neutiquam in introductione extrajudiciali, sed in defectu mandatorum specialium ad iurandum a Procuratore implorante non productorum, quaerendam esse, poena contra hunc dictata:

„um willen er pro restitutione in integrum ohne

„Vollmacht zu Abschwoerung des Restitutionseydes an.

„zurufen sich unterstanden,

disertis verbis loquitur.

(a) DECKHER. in praefat. relat. Cameral. de LVDOLE in comment. system. p. 89. 228. & 249.

§. XXIX.

Vt potius alio eoque nouissimo exemplo firmetur.

Coronidis loco addam exemplum nouius & in rem meam faciens. In causa nimirum Appellationis von Kerpen C. von Dehren pars appellans de introducendo contra sententiam cameralem confirmatoriam 17. Iul. 1769. latam remedio restitutio laborabat. Declaratione iudicali desuper facta non attenta, ferebatur interim paritoria ad sententiam, ipsumque mandatum

¶

datum de exequendo 17. Iul. 1780. decernebatur.
 Metus instantis executionis, huic enim a Directorio
 Ordinis equesris ad Rhenum, legitimo in causa ex-
 ecutorie, dies iam dicta erat, de introducenda ocyus re-
 stitutione partem vitam admonebat. Quare implora-
 tio pro restitutione i. i. vna cum inhibitione tempo-
 rali 4ta Aug. e. a. extra judicialiter in supremo Came-
 rae iudicio exhibebatur. En, quod eodem adhuc die
 prodiit decretum :

*„Wird Supplicant die nachgesuchte Restitution nach
 „geendigten Ferien iudicialiter zu produciren ange-
 „wiesen, die mitgesuchte inhibitio temporalis aber
 „als verspatet abgeschlagen.*


Vides implorationem pro restitutione vtut extrajudi-
 cialiter exhibitam, non ideo reiectam, potius ad iudi-
 cium remissam; inhibitionem vero non ex capite in-
 formis implorationis, sed ceu *serotinam* denegatam!
 Suppone, Amplissimum Senatum de obligatione intro-
 ductionis iudicialis ex lege incumbente coniunctum fuis-
 se, quin aliter omnino decreturus & in procuratorem
 informiter implorantem condigna poena ani-
 maduerfurus fuisset, nullus dubito.



Zießen, Diss., 1781-92



B.I.G.



1781, 11 8

DISSERTATIO INAVGURALIS IVRIDICA
DE
EXTRAIVDICIALI REMEDII
RESTITVTIONIS IN INTEGRVM
IN SVPREMO CAMERAE IMPERIALIS IVDICIO
INTRODVCTIONE, PER CONCLVSVM VISITATIONIS
NOVISSIMAE DE VI. MAII MDCCXLXVIII.
GENERATIM NON SVBLATA, NEQVE ADEO TANQVAM
INFORMI REIICIENDA

2
QVAM
AVCTORITATE
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
IN ALMA LVDOVICIANA
P R O L I C E N T I A
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CONSEQUENDI

DIE XIV. APRILIS CCCCCCLXXXI,
IN AVDTORIO IVRIDICO
SOLENNITER PROPVGNABIT

A V C T O R
I A C O B V S A B E L,
WETZLARIENSIS.

G I E S S A E
TYPIS IO. IACOB. BRAVN, ACAD. TYPOGR.

